

PETRI BALLERINII

PRESBYTERI VERONENSIS

DE VI AC RATIONE PRIMATUS

ROMANORUM  
PONTIFICUM

ET DE IPSORUM INFALLIBILITATE IN DEFINIENDIS  
CONTROVERSIIS FIDEI

LIBER SINGULARIS;

*In quo utrumque deducitur & constituitur ex principiis  
concessis ab iis ipsis adversariis, contra quos  
disputatio futura est.*



VERONAE

MDCCLXVI.

---


Ex TYPOGRAPHIA MARCI MORONII  
SUPERIORUM PERMISSU.





## PRAEFATIO.

**C**UM Pontificum Romanorum primatus unum sit e præcipuis Christianæ Religionis capitibus, ex quo catholicæ Ecclesiæ bonum maxime pendet, quodque idcirco hæretici & schismatici multis nituntur impetrere; catholicorum minus esse ipsum propugnare, explicare, & constituere nemo orthodoxus revocabit in dubium. Mihi autem hac in re operam naturo illud nunc propositum non est hæreticos aut schismaticos refellere, qui vel eundem primatum negant, vel merum primatum ordinis adstruunt. Disputationem scilicet instituturus sum cum catholicis illis Scriptoribus, qui etsi ex catholico dogmate ipsum non meri ordinis, sed præcipuæ jurisdictionis primatum fatentur; de ejus tamen facultatibus atque prærogativis disputant, atque dissentient. Superfluuus fortassis videri poterit noster hic labor, cum alii plures hinc & hinc eadem super re libris luculentissimis differuerint, nec ta-



DE VI AC RATIONE PRIMATUS  
ROMANORUM PONTIFICUM

*ac de istorum infallibilitate in definiendis  
controversiis fidei.*

LIBER SINGULARIS.

---

---

C A P U T I.

P R O P O S I T I O P R I M A.

*S. Petrus inter Apostolos primatum habuit, qui in Romanos Pontifices ejus successores transiit. Hinc ratio & vis primatus istorum eadem est, ac illa, quæ fuit ratio & vis primatus S. Petri: & idcirco quæcumque S. Petro congruunt testimonia, unde primatus ejus ratio & vis statuitur & explicatur, eadem in eamdem plane sententiam de Romanis Pontificibus, corumque primatu accipienda sunt.*

I **D**E hac prima propositione, quatenus primatum aliquem inter Apostolos S. Petro concessum, & ex eo in Romanos Pontifices ejus successores traductum affirmat, de hac, inquam, propositione inter me & adversarios catholicos, quibuscum totius mihi nunc futurus est sermo, penitus convenit; ut vel ex ipsorum testimoniiis, quæ in sequentibus capitibus afferantur,

A

rentur,

VERONAE  
MDCCCLXVI.

---

EX TYPOGRAPHIA MARCI MORONII  
SUPERIORUM PERMISSU.